



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1143. Usque Ad Annum 1176

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1762**

**VD18 90118014**

§. 36. Constitutio de Festis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66377](#)

Sæcul. XII.  
A.C. 1166.

§. XXXVI.

*Constitutio de Festis.*

*Jus Græc.* **M**ense Martio eodem anno millesimo centesimo sexagesimo sexto, quem *Rom. l. II.* *n. 5 p. 160.* Græci annum a Mundo condito sexies *Theod Bals.* *in Nomocan.* millesimum sexcentesimum septuagesimum quartum numerabant, Indictione *tit. 7. p. 79.* decima quarta, Manuel Imperator promulgavit Constitutionem de Festis, in quibus omnia Fora judicialia cessare deberent. Distinguebantur vero Festa primi Ordinis, in quibus nihil omnino eorum, quæ ad Judicium pertinent, agere licebat, ab illis, quæ dicebantur secundi Ordinis, in quibus ante & post Officium Divinum Judicialia tractari poterant. Omnia Festa in hac Constitutione nominata hodie dum in Menologio Græcorum leguntur, & notantur non nulla, quæ illa ætate Ecclesia Latina necdum celebrabat, sed postea recepit, qualia sunt Præsentatio S. Virginis vigesima prima Novembris, Conceptio, quam Græcina Decembris colebant, S. Annæ vigesima quinta Julii, Transfiguratio Domini Nostri sexta Augusti (\*). Ex eo autem,

quod

(\*) Scripta est novissime vita S. Annæ ex quibusdam Revelationibus, quæ si ante aliquot sæcula prodiisset, majorem forte fidem quam nostra ætate invenisset.

quod jam illa tempestate Græci Conce-~~sæcul.~~ XII.  
ptionem S. Virginis celebraverint, non A.C. 1166.  
est inferendum, ipsos Conceptionem im-  
maculatam credidisse, cum etiam Con-  
ceptionem S. Joannis Baptistæ vigesima *Menol.*  
tertia Septembbris solemnri ritu agant. Po- *Poth. de do-*  
thon Presbyter & Monachus Prumiensis *mo D. lib. 3.*  
in Germania, qui annis decem duode- *in fi. to. 8.*  
cimve ante hanc Græcorum Constitutio- *lib. PP.*  
nem scribebat, conqueritur, de recenti  
devotione, qua novella Festa in Mona-  
steria invehabantur, dicebatque: *Quid*  
*vero causæ fuit, cur hæc Festa celebrare-*  
*mus, Festum Sanctæ Trinitatis, Festum*  
*Transfigurationis Domini Nostri? Ali-*  
*qui, quod magis absurdum videtur, Fe-*  
*stum Conceptionis S. Mariæ adjungunt* (\*).

### §. XXXVII.

#### Quæstio de Æqualitate Patris, & Fili.

Eodem anno salutis millesimo centesi- *Allat. Conf.*  
mo sexagesimo sexto, Imperii Ma- *II. c. 12. n. 4.*  
nuelis vigesimo tertio, frequentissimum *Nicet. l. VII.*

Oo 4

Conci- *n. 5.*  
*Cinnam. lib.*

VI. n. 2.

(\*) Meminerit Lector eorum, quæ scripsit  
S. Bernardus in Epistola ad Canonicos Lugdu-  
nenses de Conceptione & Festo S. Annæ, relata  
in Tomo nostro XVI. Lib. LXVIII. Num. LXX.  
At Vir Sanctus in fine hanc Quæstionem Aucto-  
ritati & Examini Ecclesiæ Romanae relinquit.